Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26108
Copyright: Admont, Benediktinerstift



57

quam resurrexit a mortuis. Hic beatus petrus quod in euan
gelio reticetur exponit. Post resurrectionem scilicet se bibis
se cum domino. Nam forte illic credamus indicatum ubi ait. Donec
illud bibam uobiscum nouum in domo patris mei. Cecidit
spiritus sanctus super omnes qui audiebant uerbum. Ne baptisma
gentibus tradere dubitet. Spiritus sancti testimonio confirmatur.
ipsas lauacri aquas qua sanctificare solet. Et nouo ordi
ne precurrentis. quod semel in testimonium fidei gentium nunquam
uero in iudeis euenisse reperitur. Et iussit eos in nomine ihesu christi bap
tibari. Cum ecclesie regula sit fideles in nomine sancte trinitatis
baptibari.
quaeritur quomodo lucas per totum huius libelli textum. Non aliter quam in nomine ihesu christi
baptismum dari testatur. quod ita beatus ambrosius soluit
quod per unitatem nominis impletum mysterium sit. quia
siue christum dicas. et dominum patrem a quo unctus est filius. et
ipsum qui unctus est filium et spiritum sanctum qui unctus est designas
ti. Scriptum est enim. Ihesum anaharet quomodo unxit eum deus
spiritu sancto. siue patrem dicas et filium eius. spiritum oris pariter in
dicasti. si tamen id et corde comprehendas. siue spiritum di
cas. et dominum patrem a quo procedit spiritus. et filium quia filii
quoque est spiritus nuncupasti. Unde et rationi copulatur
auctoritas. In spiritu quoque recte baptibare nos posse
scriptura indicat dicente domino. Uos autem baptibabi
mini spiritu sancto. Et apostolus ait. Omnes enim in ipso corpore. et
in uno spiritu baptibati sumus. Aliter precipue congruit
nos in nomine domini ihesu christi baptibari. sic apostolus ait.
Quicunque baptibati sumus in christo ihesu. in morte ipsius
baptibati sumus. et cetera. Et uidi quadrupedia terre